



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 143. Colloquium in Anglia inter Episcopales & Presbyterianos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII.  
A. C. 1669.

§. CXLIII.

*Colloquium in Anglia inter Episcopales & Presbyterianos.*

*Rapin Thoyras Hist. d'Angl. l. 23. Salmon Hist. Chron. t. 1.*

Quamvis Carolus II. Angliæ Rex Patris sui exemplo territus, Religionem Catholicam profiteri non auderet, clam tamen Catholicis favere non destitit, atque ea ex causa Presbyterianos cum Ecclesiæ Anglicanæ sectatoribus uniri, & *Non-Conformistas* impune tolerari voluit, proinde etiam Catholicos, qui sub generis *Non-Conformistarum* nomine comprehendebantur. Id haud obscure subodorati inferioris Curiaæ Senatores vigesima nona Maij die anni prioris Regem urgebant, ut inhiheret, ne Catholicis & illi, qui se Ecclesiæ Anglicanæ ritibus non conformarunt, conventus, congregationes, aut colloquia haberent: Horum importunitati Rescedere coactus hoc anno die quinta Augusti edictum promulgabat, questus in *Non-Conformistarum* temeritate, qui magno numero convenire auderent, quidem eo tempore, quo de opportunis cunctos Protestantes uniendo mediis ageretur: Quoniam vero Proceres & Episcopales Regis mentem sibi inspectam haberent, circa religionum

diffidia haud dissimulanter conventus <sup>Sæc. XVII.</sup>  
 habebant, atque inter eos præcipue <sup>A. C. 1669.</sup>

Orlandus Bridgemanus Regii Sigilli  
 Custos Mantonum & Baxterum Pres- <sup>Calmet l. c.</sup>  
 byterianos Prædicantes accersiri iussit, <sup>lib. 156.</sup>

eis significans, quod circa Religionis  
 negotium cum ipsis conferre exoptaret,  
 simulque media proponere vellet, qui-  
 bus tam ipsi, quam Independentes ce-  
 terique Non-Conformistæ tandem Ec-  
 clesię Anglicanę aggregari possent.  
 Hi ergo cum duobus Episcopaliū  
 Theologis Wilckio & Bursono plura  
 habuere colloquia, in quibus exiguo  
 admodum tempore inter eos conven-  
 tum est. I. Ut abolito decreto, quo  
 in ejusmodi colloquio in Sabaudia circa  
 annum hujus sæculi sexagesimum pri-  
 mum habito Prædicantes Presbytera-  
 nos denuo ordinandos esse decerneba-  
 tur, deinceps ad Ecclesię Anglicanę  
 ministerium duntaxat sub hac formula  
 admittantur: *Recipe legitimam Dei Ver-  
 bum prædicandi, & in quocunque conventu,  
 quo legitime vocaberis, Sacramenta admi-  
 nistrandi auctoritatem.* II. Quod ritus  
 observare vel non, integrum cuilibet  
 sit, imo & Ecclesię Anglicanę Litur-  
 gia variis in locis corrigatur. III. To-  
 lerandi sint, qui hæctenus sese huic  
 concordię conformare renuerunt. IV.  
 Denique pro Regiminis securitate, om-

**Sæc. XVII.** nium Prædicantium, omniumque  
**A. C. 1669.** veras sectas profitentium nomina de-  
 scribantur. Verum huic conventui  
 acriter se opponerebat Parlamentum  
 utpote quod Catholicos & Non-Con-  
 formistas tolerare constanter renuit.  
 Cantuariensis quoque Pseudo-Archie-  
 piscopus datis literis, omnibus fidei  
 Episcopis præcepit, ut in eos inquie-  
 rant, qui conventus cogerent: nec his  
 contentus, ab ipso etiam Rege petiit  
 ut edicta confirmaret, quibus eju-  
 modi conventicula habere, & Non-Con-  
 formistas cuidam societati aggregari  
 prohibitum: Horum igitur artibus ma-  
 ditata hæc concordia tunc in irritum  
 cecidit.

## §. CXLIV.

*Juramentum a Scotia Parlamento  
 cunctis incolis impositum.*

*Vid. infra  
 ad An. 1680.*

Sub idem tempus Parlamentum in Sco-  
 tia conventum habuit, in quo rite  
 sus quæstio agitabatur, an Episcopatus  
 in hoc Regno restitueretur: Obstant  
 tum Lauterdalium Dux, qui ad omnia  
 auram flexibilis, primo Presbyteriano-  
 rum fautor, postea juratus Regiæ  
 gnitatis hostis, ac demum Carolo  
 Rege in Regnum revocato fidelissimus  
 ejus Minister, regique consilii execu-